

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum habeat causam exteriorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. LXXV.

in defectu regulare preueniente secundum rationem mali talis culpe, quam poenam, ut in responsione ad tertium in litera dicitur. Vtendo autem terminis ad bonum sensum, i. ante primum defectum, in actu peccati est defectus, patet responsio, quod non inconvenit antea primum defectum, dari defectum abique ratione mali culpe & poena.

Tex. 5. 10. 3.

In corp. ar.

¶ Super Quaestiones Septuaginta et quinta articulum secundum.

IN articulo, eiusdem 75, queat colligere causas interiores peccati, distinguendo eas ex parte peccantis & obiecti, & intuere causas ex parte peccatis quatuor: duas proximas, rationem & voluntatem, inter quas voluntas est proxima: & duas remotas, sensum & eius appetitum, inter quas sensus est remojo: ex parte uero obiecti.

Infr. artic. 3. corp.

unam iuxta unitatem cōp̄ti obiecti, plura tamen complectentis respondentis praedictis potentias: ita tamē quod tres peccatis potentiae, licet sensus, appetitus sensuum, & ratio sunt velut preparantes & facientes obiectum peccati bonum, felices apparen̄s, diffonans rationem: voluntas autem est perficiens ipsum peccatum, propter quod illa concurredunt ad peccatum ex parte obiecti, voluntas ex parte subiecti.

Lib. de duabus animalibus cap. 10 & 11. tom. 6. Et 1. retrac. cap. 9. tom. 1. Et lib. 3. de lib. arb. cap. 17. Art. prae.

Ita tantum peccatum quo ad specificationem actus, voluntas quo ad exercitium proprietur formaliter in litera traditur causa predicta unice in obiecto, ut in litera clara patet. Et fecit hoc author, cap. 9. tom. 1. Ita haberes resolutionem peccati usque ad primam causam. Appetibile est enim motiens non motum, ut pater in tertio de anima. Cū autem audi s' bonum apparet in obiecto spectare ad sensum & eius appetitum, intellige non semper sed quod sensus, & appetitus sensuum

nitio causar, uniuersaliter debet verificari, oportet ut intelligatur de causalitate, & non impenitencia. Contingit enim aliquid esse causam sufficientem alterius, & tamen non ex necessitate sequitur effectus propter aliquod impedimentum superuenientia: alioquin sequeretur quod omnia ex necessitate contingenter, ut patet in 6. Meta. * Sic igitur etiā peccatum habeat causam, non tamen sequitur, quod sit necessaria: quia effectus potest impediti.

A D TERTIUM dicendum, quod sicut dictum est, * uoluntas sine adhibitione regulae rationis, uel legis diuinæ, est causa peccati. Hoc autem quod est non adhibere regulam rationis, uel legis diuinæ, secundum se non habet rationem mali, nec poenam nec culpe, antequam applicetur ad actum. unde secundum hoc peccati primi non est causa malum, sed bonum aliquod cum absentia alicuius alterius boni.

ARTICVLVS II.

Vtrum peccatum habeat causam interiorem.

A D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum non habeat causam interiorem. Id enim quod est interius alicui rei, semper adest ei. Sicut peccatum habeat causam interiorem, semper homo peccaret, cum positâ causa ponatur effectus.

¶ Præ. Idem non est causa ipsius; sed interiores motus hominis sunt peccatum. ergo non sunt causa peccati.

¶ Præ. Quicquid est intra hominem, aut est naturale, aut voluntaria: sed id quod est naturale, non potest esse peccati causa, quia peccatum est contra naturam, ut dicit Daniel. * quod autem est voluntarium, si sit inordinatum, iam est peccatum. non ergo aliquid intrinsecum potest esse causa pri- mi peccati.

SED CONTRA est, quod Aug. * dicit, quod uoluntas est causa peccati.

R E P O N S U M. Dicendum, quod sicut iam dictum est, * per se causam peccati oportet accipere ex parte ipsius actus: actus autem humani potest accipi causa interior & mediana, & immediata. Immediata quidem causa humani actus est ratio & voluntas, secundum quam homo est liber arbitrio: causa autem remota est apprehensio sensuum partis, & etiā appetitus sensuum. Sicut n. ex iudicio rōnis voluntas mouetur ad aliqd secundū

ARTIC. II. ET III.

Frationem: ita etiam ex apprehensione sensus, appetitus sensuum in aliiquid inclinatur; qua quidē inclinatio interdum trahit uoluntatem & rationem, sicut in ista patet. * Sic igitur duplex causa peccati interior potest assignari, una proxima ex parte rationis & uoluntatis, alia uero remota ex parte imaginationis, uel appetitus sensuum. Sed quia supra dictum est, quod causa peccati est aliquod bonum apparet motuum cum defectu debiti motu, scilicet regular rationis, uel legis diuinæ, ipsum motum, quod est apparet, bonum, pertinet ad apprehensionem sensus & appetitus: ipsa autem absentia debitæ regulæ pertinet ad rationem, qua nata est huiusmodi regulam considerare: sed ipsa perfectio uoluntati: il actus peccati pertinet ad voluntatem, ita quod ipse uoluntatis actus premissis suppositis, iam est quodam peccatum.

A D PRIMUM ergo dicendum, quod id quod est intrinsecum, si- cut potentia naturalis, semper inest: id autem quod est intrinsecum, sicut actus interior appetitus, uel apprehensio virtutis, non semper inest. Ista autem potentia uoluntatis est causa peccati in potentia sed reducitur in actum per motus precedentes, & levitatem partis primo, & rationis consequenter. Ex hoc enim quod aliquid proponitur ut appetibile secundum sensum, & appetitus sensuum inclinatur, ratio interdum cessat a consideratione regula debite, & si uoluntas producit actum peccati. Quod igitur motus precedentes non semper sunt in actu, neque peccatum semper est in actu.

A D SECUNDUM dicendum, quod non oēs motus interiores sunt de substantia peccati, quod confirmatur principaliter in actu uoluntatis: sed quidam prudunt, & quidam consequuntur ipsum peccatum.

A D TERTIUM dicendum, quod illud quod est causa peccati, sicut potentia producens actus, est naturalis: motus etiam sensuum partis, ex quo sequitur peccatum, interdum est naturalis, sicut cum propter appetitum cibi aliquis peccat, sed efficitur peccatum innaturale ex hoc ipso, quod deficit regularis naturalis, quam homo secundum naturam suam debet attendere.

ARTICVLVS III.

Vtrum peccatum habeat causam exteriorem.

A D TERTIUM sic procedit. Ut quod peccatum non habeat causam exteriorē. Peccatum non est actus uoluntarius; uoluntaria autē sunt corum q̄ sunt in nobis, & ita non habent exteriorem causam. ergo peccatum non habet exteriorem causam. ¶ Præ. Sicut natura est principium interitus, ita etiam uoluntas: sed peccatum in rebus naturalibus nunquam accidit, nisi ex

causalib[us] peccatorum. Potest hauc sententiam diffiniri: legi rationes, uel Dei, mouere appetitum, & pecatum, & pecatum concordia appetitum secundum sententiam partis, uero de infidelitate. ¶ In respondere nō primum cum legi, quod uoluntas reuertitur ad actum præcedentes actiones, intelligere ex parte obiectu. Nam ad excessum actus a sepietate, in actione, qui rius dictum eligit, sententia obiectu. obiectu mouetur, ita quod nece se ipsa potest uoluntas re in actu, nō currat obiectu. & p[ro]pterea in litera, quod quod præcedentes motus, q[ue] tenet ex parte obiectu, non fuisse in actu, peccatum semper est in actu.

A D SECUNDUM dicendum, quod non oēs motus interiores sunt de substantia peccati, quod confirmatur principaliter in actu uoluntatis: sed quidam prudunt, & quidam consequuntur ipsum peccatum.

A D TERTIUM dicendum, quod illud quod est causa peccati, sicut potentia producens actus, est naturalis: motus etiam sensuum partis, ex quo sequitur peccatum, interdum est naturalis, sicut cum propter appetitum cibi aliquis peccat, sed efficitur peccatum innaturale ex hoc ipso, quod deficit regularis naturalis, quam homo secundum naturam suam debet attendere.

ARTICVLVS III.

Vtrum peccatum habeat causam exteriorem.

A D TERTIUM sic procedit. Ut quod peccatum non habeat causam exteriorē. Peccatum non est actus uoluntarius; uoluntaria autē sunt corum q̄ sunt in nobis, & ita non habent exteriorem causam. ergo peccatum non habet exteriorem causam. ¶ Præ. Sicut natura est principium interitus, ita etiam uoluntas: sed peccatum in rebus naturalibus nunquam accidit, nisi ex

tem obiectis, quæ nō mouent nisi in anima, nulla fit mentio, monstruosi partus prouenit ex corruptione alicuius principij interioris, ergo neque in moralibus potest contingere peccatum nisi ex interiori causa, non ergo habet peccatum causam exteriorum.

¶ 3 Præt. Multiplicata causa multiplicat effectus; sed quanto plus sunt & maiora exterioris inducēta ad peccandum, tanto minus id quod quis ordinare agit, ei impunitur ad peccatum, ergo nihil exterioris est causa peccati.

SED CONTRA est, quod dicitur Num 31. Nonne ista sunt quæ decerpunt filios Israhel, & prævaricatos fecerunt in Domino super peccato Phogor ergo aliquid exterioris potest esse causa faciens peccare.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, causa interior peccati est & uoluntas ut perficiens actum peccati, & ratio quaatum ad carentiam debita regulæ, & appetitus sensitivus inclinans.

Sic ergo aliquid extrinsecum trahit posset esse causa peccati, uel quia moueret immediate ipsa uoluntatem, uel quia moueret rationem, uel quia moueret appetitum sensitivum. Voluntatem autem, ut supra dictum est, interiu[m] mouere non potest nisi Deus, qui non potest esse causa peccati, ut infra ostenderet. Unde relinquitur, quod nihil exterioris potest esse causa peccati, nisi uel in quantum mouet rationem, sicut h[oc], uel dæmon persuadens peccatum: uel sicut mouens appetitum sensitivum: sicut aliqua sensibilia exteriora mouent appetitum sensitivum. Sed neque persuasio exterior in rebus agendis ex necessitate mouet rationem, neque etiam res exterioris propositæ ex necessitate mouent appetitum sensitivum, nisi forte aliquo modo dispositum, & tamen etiam appetitus sensitivus non ex necessitate mouet rationem, & uoluntatem. Vñ aliquid exterioris potest esse aliqua causa mouens ad peccandum, non tamē sufficienter ad peccandum inducens: sed causa sufficienter complexe peccatum est uoluntas.

Ad PRIMUM ergo dicendum, quod ex hoc ipso, quod exteriora mouentia ad peccandum, non sufficiunt, & ex necessitate inducunt, sequitur quod remaneat in nobis peccare, & non peccare.

Ad SECUNDUM dicendum, quod per hoc, quod ponitur interior causa peccati, non excluditur exterior. Non enim id quod est exterior, est causa peccati, nisi mediante causa interiori, ut dictum est. *

Ad TERTIUM dicendum, quod multiplicatis exterioribus causis inclinibus ad peccandum, multiplicantur actus peccati: quia plures ex illis causis, & plures inclinant ad actus peccati, sed tamen minuitur ratio culpe quæ constituit in hoc, quod aliquid sit uoluntarium, & in nobis.

ARTICVLVS III. **V**erum peccatum sit causa peccati.

**Super Questionis se-
t. 3. articulatum quartum.**

IN Natura, in responsione ad secundum,

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum non sit causa peccati. Sunt, n. quatuor genera causalium, quorum nullum potest ad hoc congruere, quod peccatum sit causa peccati. Finis n. habet rationem boni, quod non competit peccato, quod de sua ratione est malum: & eadem ratione nec peccatum potest esse causa efficientis, quia malum, non est causa agens, sed est infirmum & impotens, ut Dio. dicit 4.c. d[u]i. no. *

Causa autem materialis, & formalis uidentur habere solum locum in naturalibus corporibus, quæ sunt composta ex materia & forma: ergo peccatum non potest habere cām materialē & formalem.

¶ 2 Præt. Agere sibi simile est rei perfectæ, ut dicitur in 4. Meteor. * sed peccatum de sui ratione est im-

cōf. 5. par. 4.2

perfectum im-

perfectione morali. Hac

aurem dixerim, ut ces-

set admiratio, quare

author in ordinatio-

nem in genere mori-

is, & conuersiōne in

genere naturæ po-

uerit, clm utrumq;

ad genus moris spe-

ter. *

¶ 3 Præt. Si huius peccati sit causa

aliud peccatum, eadem ratione &

illius erit causa aliquid aliud pec-

catum, & sic procedit in infinitum, quod est inco-

ueniens. non ergo peccatum est causa peccati.

SED CONTRA est, quod Gre. dicit super Ezech. *

Peccatum quod per pænitentiam citius non deletur,

peccatum est, & causa peccati.

RESPON. Dicendum, quod cum peccatum habeat cau-

sam ex parte actus, hoc modo unum peccatum pos-

sest esse causa alterius, sicut unus actus humanus po-

test esse causa alterius. Contingit igitur unum pecca-

tum esse causam alterius secundum quatuor genera

causalium. Primo quidem secundum modum cau-

se efficientis, uel mouentis & per se, & per accidens.

Per accidens quidem, sicut remouens prohibens di-

citur mouens per accidens. Cum enim per unum a-

ctum peccati homo amittit gratiam, uel charitatem,

uel uerecundiam, uel quodcumque aliud retrahens a

peccato, incidit ex hoc in aliud peccatum, & sic pri-

mus peccatum est causa secundi per accidens. Per

se quidem, sicut cum ex uno actu peccati homo di-

sponitur ad hoc, quod alium actum consimilem fa-

cilius committit: ex actibus enim causantur disposi-

tiones & habitus inclinantes ad similes actus. Secun-

dum uero genus cause materialis, unum peccatum

est causa alterius, in quantum preparat ei materiam,

sicut avaritia preparat materiam litigio, quod ple-

runque est de diuitijs congregatis. Secundum uero

genus cause finalis, unum peccatum est causa alterius, in quantum propter finem unius peccati aliquis

committit aliud peccatum, sicut cum aliquis com-

mittit simoniam propter suam ambitionis, uel

fornicationem propter furtum. Et quia finis dat

formam in moralibus, ut supra habatum est, * ex

hoc etiam sequitur, quod unum peccatum sit for-

malis causa alterius: in actu enim fornicationis, que

propter furtum committitur, est quidem forni-

catio sicut materiale, furtum uero, sicut formale.

Ad PRIMUM ergo dicendum, quod peccatum in quantum est inordinatum, habet rationem mali:

sed